

Ursus, filius domini Petri ducis Ursyuli, sedit ann. .III.

Vitalis sedit ann. .XXXV.

Vitalis sedit ann. .V.

[*Additio*].

*Iohannes Bobico de eodem Torcellensi episcopatu genitus eandem Dei ecclesiam*  
5 *rexit ann. \*\*\*. et electus est de episcopatu.*

*Ursus Badovarius rexit eandem ecclesiam ann. \*\*\*;*

sanctorum Illari et Taciani sexto decimo kalendas marci<sup>(a)</sup>, Qui-  
rini<sup>(b)</sup> sacerdotis quarto kalendas iunii, sanctorum Cancianorum  
pridie kalendas<sup>(c)</sup> madii<sup>(d)</sup>, natale sanctorum virginum<sup>(e)</sup> tercio nonas  
10 septembries. rexit autem Paulus benignissimus patriarcha, primus  
per apostolicam concessionem, nove Aquileie ecclesiam annis .XII.

Huic successit<sup>(f)</sup> Probinus, qui in eadem nova Aquileia metro-  
politanam rexit<sup>(g)</sup> ecclesiam annis .II., mensibus .VIII.

Dehinc Helias, egregius patriarcha, Gradensem regendam<sup>(h)</sup> su-  
15 scepit ecclesiam. ipse in eadem ecclesiam Sancte Eufimie iuxta no-  
minis proprietatem fabricare precepit, nam, quod<sup>(i)</sup> grece Eu fimia<sup>(k)</sup>,  
latine bona forma sonat<sup>(l)</sup>. in eadem quoque ecclesia congregata  
multitudine episcoporum a Verona usque Pannoniam cunctoque Ve-  
netie<sup>(m)</sup> populo convocato, generalem sinodum celebravit. ipso  
20 namque tempore corpora sanctorum virginum, secundum quod a  
reverendo<sup>(n)</sup> Paulo patriarcha scriptum fuerat, perquirens, omnibus  
revelavit, quibus cunctis, qui erant in prefato concilio, visis, cele-  
berrime ipsa corpora venerati sunt<sup>(o)</sup>. tunc Helias, egregius pa-  
triarcha<sup>(p)</sup>, cum omni illa multitudine episcoporum<sup>(q)</sup> ac cleri et  
25 populi collaudatione ordinavit<sup>(r)</sup> sedecim episcopatus inter Forog-  
liensium nec non et Hystrie sive Dalmatiae partes, videlicet in Vegla,  
in Apsaro, in Pathena; in Venetia autem sex episcopatus fieri con-  
stituit, quorum electiones<sup>(s)</sup> uniuscuiusque parrochie clero et po-

(a) *Su* marcas (b) *Su* sancti Qui. (c) *Su* item festum sanct. Canc. martirum  
(d) *Su* maias (e) *Su* nat. vero sanct. virg. Euphemie, Dorothee, Tecle et Herasme mar-  
tirum (f) *Su* cui succ. (g) *Su* qui eandem metropolitanam rex. (h) *Su* eccl. Grad.  
susc. regend. (i) *Su* om. quod (k) Euph. grece (l) *Su* interpretatur (m) *Su* Ve-  
netiarum (n) *Su* reverendissimo (o) *Su* perq., tandem inventis sanctissimis reliquiis  
qui aderant in pref. concil., ipsa corpora sancta viderunt et celeberrime ea honore maximo  
affecerunt. tunc (p) *Su* patr. egreg. (q) *Su* episc. multit. (r) *Su* ord. et constituit  
et de novo erexit .xvi. (s) *Su* episc. tam inter loci Forog- partes nec non et H. et D.